

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Gula b
cum uariis

Non propter porcum sed propter pomum mortem primus homo inuenit, et Esau primatum suum non propter gallinam sed propter lenticulam perdidit. Scio enim Noe omne genus carnis quod cibo esset usui manducare concessum, Elyam cibo carnis reffectum, Iohannem mirabili abstinencia peditum animalibus, id est locustis in escam cedentibus, non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticule concupiscencia deceptum, et Daudid propter aque desiderium a seipso reprehensum, et regem nostrum non de carne sed de pane temptatum.

Augustinus in glossa super illud Romanos XIII: Noli propter escam destruere opus Dei omnia quidem munda sunt.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

gallinam] galinam (*cor. supra lin.*) M; illud] ad *add.* P V¹ V² L¹ L²; munda sunt *om.* C